

norum operum, in fide & patientia,  
Luc. 9.55.56.2. Cor. 10.3. Et c.

2. Cum propriè & per se ubique  
præcipiatur dilectio proximi, contristatio  
autem & lesio prohibeatur, nec permit-  
tatur nisi per modum exceptionis, qua-  
tenus fit actus charitatis erga Deum  
& proximum: patet utique, quòd re-  
quirat cogentem admodum & neces-  
sariam probationem. Quomodo a-  
ctus charitatis erga Deū erat, quòd  
Israelite tanquam executores judici-  
orum divinorum, Cananeos sine ullâ  
commiseratione occideret: ex sum-  
ma & irrefragabili evidentiā præce-  
pti divini. Quomodo etiam esta-  
ctus charitatis erga proximum, oc-  
cidere eos qui peccant contra socie-  
tatem civilem, per apertas celera; vel  
contra religionem ex communī con-  
scientiæ lumine omnibus notam, per  
atheismum aut blasphemiam apertissi-  
mam: adeo ut ad conscientiam suam tan-  
quam